

morbis chronicis et obstructionibus glandularum cum successu exoptato. *Pulverem* D. Guy, Angli, contrà carcinomata, notum sinè dubio tibi habes. Nostrates ab eo emebant pulverem, per 20 annos usurpandum pro 5,000 guincis. At arcanum non revelavit. Ego tamen indagavi et nunc novi. Mitto hùc inclusam unc. Arca circùm carcinoma excorietur modo quocumque, dein inspergetur pulvis quotidie; pars sana ab ægrâ separatur, et demùm excidit ægra. Multi hâc ratione jàm apud nos curati. Si plus pulveris desideras, mittam.

Libellum de curâ eum inf. *Dulcamaræ*, quem scribebas sudare sub prelo, quæso, dicas mihi nùm jàm prodierit, vel an propèdiem prodibit.

Accepi nuper varios libros in Historiâ naturali : Jacquini opusculum *De Plantis Americanis* cum novis generibus, Ludg., 8° *, pulcherrimum, sed nimis breve :

Bibliothecam authorum zoologiæ et mineralogiæ Gronovii, in-4°, pulchrum opus.

* *Enumeratio Systematica plantarum quas in insulis Caribæis, vicinâque Americæ continente detexit novas, aut jam cognitâs emendavit.* Leyde, 1760, in-8°, 30 pag. — Conformément à la promesse faite dans la préface de cet opuscule, cet ouvrage reparut plus détaillé et avec figures coloriées en 1765, sous le titre de : *Selectarum Stirpium Americanorum Historia*, in-fº.